Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



140

hominis tradetur principibus seniorum
& scribis & condemnabunt eum morte
& tradent eum gentibus ad deludendum & flagel
landum & crucifigendum. & tertia die resurget.
Crebro hoc ipsum discipulis dixerat sed quia mul
tis in medio disputatis poterat labi de memo
ria quid audierant. ; Iturus hierusolimam
& secum ducturus apostolos ad temptationem
parat. Nec cum venerit passio & crucis
ignominia scandalizentur ;

xlviiij. Tunc accessit ad eum mater filiorum
zebedei cum filiis suis adorans & petens
aliquid abeo ; quid dixit ei. quid vis. at illa
dicit sedeant hi duo filii mei unus ad dextram
& alius ad sinistram in regno tuo ; Unde opi
nionem regni habet. mater filiorum zebedei
& cum dnus dixerit filius hominis tradetur
principibus sacerdotum & scribis & condemp
nabunt eum morte & tradent eum gentibus
ad inludendum & flagellandum & crucifigendum
& ignominiam passionis tum gentibus ; discipulis